

Eodem<sup>1)</sup> anno Stragouiensis ecclesia secundarie dedicata est, uidelicet VI Kal. Maii a predicto Alberto, uenerabili Salceburgensis ecclesiae archiepiscopo, et hac de causa, quia maius altare motum et chorus fuerat subleuatus. Presentes erant canonici Pragensis ecclesiae fere omnes et abbates multi, quorum unus et precipuus, licet suo iudicio humillimus, abbas Godsalculus, tantam solempnitatem sermone suo adorans inter alia, que locutus est, hoc quoque dixit: Assum, inquit, o fratres karissimi, en alteri dedicationi uestrae, qui primae quoque interfui, et uideor mihi uidere statum domus huius ualde diuersum ab eo, qui tunc erat. Tunc enim rebus pauper et meritis fuit diues, modo uersa uice rebus creuit et disciplina deperiit, atque in hunc modum reprehendenda reprehendens et ad honesta prouocans monita salutis porrigebat eis. Porro memoratus A[lbertus], Salceburgensis archiepiscopus, tempore scismatis, sicut supra diximus<sup>2)</sup>, faciente imperatore episcopatum suum perdididerat et contentus prepositura Melnicensi in Boemia manebat, factitans ordines clericorum nec non et consecrationes basilicarum sine preiudicio tamen diocesani episcopi. Et quamuis legatione fungeretur apostolica, nullum tamen ex hoc commodum sibi uel incommodum queritabat, utpote homo gravis et quietis appetens. Sic extra possessionem sui episcopatus multo tempore, et ut reor, fere quindecim annis deguit, donec isto primum anno uocatione imperatoris curias eius tercia uice uisitauit et tandem episcopatum recepit, in quo usque ad finem dierum suorum feliciter permansit. At dominus Cvnradus frater palatini, [qui palatinus socer erat Cunradi de Moraui]<sup>3)</sup>, qui actenus in possessione fuerat predicti episcopatus, iubente imperatore legitimo possessori cessit, promisso sibi alio episcopatu, qui primitus uacaret.

<sup>1183</sup> Anno dominicae incarnationis MCLXXXIII Christianus, archiepiscopus Moguntinus, moritur in transalpinis partibus, preliator, sicut dicunt, opinatissimus, qui uicem gesserat plenam imperatoris siue in expedicionibus, siue in omnibus

Téhož léta Strahovský kostel podruhé byl vysvěcen, totiž dne 26 Dubna, od řečeného Vojtěcha, etihozdného Salepurského kostela arcibiskupa, a to z té příčiny, že větší oltář byl pošinut a kůr byl vyvýšen. Přítomni byli kanovníci Pražského kostela téměř všichni i opatové mnozí, z nichž jeden a přední, třebas po svém úsudku nejposlednější, opat totiž Gotšalk, tuto slavnost řeči svou ozdobuje mezi jiným, co mluvil, také toto pronesl: Jsem přítomen, o bratří nejdražší, hle druhému posvěcení vašemu, jenž jsem též prvnímu byl přítomen, a zdá se mi, že vidím stav domu tohoto valně rozdílný od onoho, jaký tehdáž byl. Tenkráte sice na statky byl chudý ale zásluhami bohatý, nyní naopak na statech vzrostl, ale kázeň potuchla, a tak, co hany hodno bylo káraje a k ctnostnému vyzývaje dával jim naučení spasitelná. Zmiňený pak Vojtěch, salepurský arcibiskup, v době rozštěpení, jakož shora jsme povíděli, s dopuštěním cisaře biskupství své byl ztratil a spokojen proboštstvím mělnickým v Čechách zůstával, udiče svěcení klerikům, jakož i vysvěcenje kostely bez ujmy však domácímu biskupovi. A ač byl legátem apoštolským, žádného přece z toho sobě zisku nebo škody nevyhledával, jakožto člověk vážný a pokoje milovný. Tak mimo panství svého biskupství dlouhý čas, a jak se pamatuji, téměř patnácte let trávil, až konečně onoho teprve léta k rozkazu cisařova dvůr jeho potřeti navštivil a posléze biskupství nazpět obdržel, v němž až do konce dni svých šťastně zůstal. Pan Kunrat však, bratr falckrabího — kterýžto falckrabí švakrem byl Kunrata Moravského — jenž až posud v držení byl řečeného biskupství, k rozkázání cisařovu zákonnému držiteli ustoupil, když mu slibeno jiné biskupství, které by nejprve se uprázdnilo.

Léta páně 1183 Křišťan, arcibiskup mochušský, zemřel jest v zaalpských krajinách, bojovník, jakož se praví, velmi obezřetný, který býval náměstkem cisařovým jak na výpravách tak i v jakýchkoli jiných říšských potřebách. Po

<sup>1)</sup> Tu začíná jiná ruka v rukopise. — <sup>2)</sup> O tom nestalo se žádné zmínky dříve. — <sup>3)</sup> V závorkách po ložená slova jsou po straně Jarlochem připsána.